1533. d. 17 Julii

185

J. Dantiscus Epus Culmen.
Tomicio Epo Cracovien.
Vicecancellario

Rme in Christo Pater, et Domine Domine
Colendissime

Obsequior. meor. et meipsius ex Corde Commendationem
Applicui hic pridie postquam Oppidum meum
quod mihi fuit potissimum Lubavia, exustum fue
rat, singularissimus Frater meus Dominus Dub
szye, qui me in hoc merore, de mente et sollita Do
minationis Vrae Rmae erga me propensione, et
benevolentia certiorem abunde reddidit, atque etiam
non par exhilaravit habeo quas possum maximas
et sacrificulus afflictus Dominationi Vrae Re
gratias quod mei adeo benignam curam et acces
sionis meae habet rationem, quae mihi in his meis
calamitatibus totum restituit,

Non desum neque mihi ipsi hactenus, apud istos
Nostros hic Dominos, et Civitates desui, ut si se of
ferret in re Varmien. occasio, quo potiores partes
assequar favorem, et jam non pauci, ubi sors se ob
tulerit Commendationes suas, ad S. Maiestatem Regiam
missi promiserunt.

Sunt etiam apud Ecclesiam Varmien. aliquot,
qui partes meas tuebuntur et si Dominus Deo

isti

et ut spero Doctoris Joannis Benedicti votum habuero futurus sum adversariis meis superior De Domino Kiowski per medium Dominationis Vrae Rmae, non ambigo, si res ad legittimam electionem devenerit, et ego boni calamo in album Illorum quattuor, inscriptus fuero, potens est Deus, qui id quod velimus est perficiet, illius fiat voluntas—

Et quamvis compertum habeam, quod adversarii mei qui firmissime inter se conspiraverunt, rem multis et magnis largitionibus sunt aggressuri, confido tamen in gratia Dei imprimis, et in benignitatem ac aequitatem S. Regiae Mtis, atque singularem Dominationis Vrae Rmae, erga me benevolentiam, quod istius modi hoc praesentium tempore potentes, machinae abesse, mihi non poterunt, veri etiam est, et sic esse liquido deprehendi quemadmodum, Dominatio Vra Rma per Dominum Nibszyc, mihi significavit, non omnes hic mihi animos, esse, qui eo nomine ad me se ingerunt eos ut possum ante tracto, et si fortassis falsus sum eos illos esse, quos paulo ante, Dnis Vrae Rmae, descripsi, qui cum, Rdo Domino Varmiensi in rem meam Margenburgi, in Conventu novissime, preterito tractandi, Provinciam susceperunt.

+

quo tum de industria Dominus Varmiensis non
venerat summopere, rogo Dominationem Vram
Rmam pro veteri sua in me gratia, dignetur mi
hi declarare, qui sint, ut ab illis cavere, et consili
a mea tutius firmare possim, quandoquidem scio
adversarios meos suis technis omni ex parte per
varios cuniculos suffodere, et tentare aulam No
stram

Et quae Dominatio Vra Rma, Domino Nibszye
Nomine Mtis Regiae mihi injungenda commisit spe
ctantia, Ducem Fredericum Comitem Palati
num Rheni satis clare intellexi, cui ipsi igitur
ipsi Domino Duci commodam nactus ansam
sicut ex adjuncto his exemplo videbitur, fecique
is insensis Ordinem per Dominos Fuggaros
quod tuto litterae meae perferentur, et referetur res
ponsum

Nihil me turbavit quod Sltas Regia, hoc
Centum quadraginta Marcas Prutenicales, quae
faciunt 70. Florenos, quas ab Ecclesiasticis colle
gi mihi negaverit, plus me afficit, quod Domina
tio Vra Rma, pro me in res tam exilii repulsam
acceperit et quod ego ad intercedendum, pro me Do
minationem

Vestram Reverentiam, induxerim. impense rogo ve
lit hoc mihi remittere delictum, adegerat me neces
sitas, egestate juncta, qua ad praesens, in ea afflicti
one, qua Deus me peccatorem maximum, i
gne jam bis in conflagratione Oppidi Colmensi
ante Duos Annos et nunc in ista castigavit, lon
ge mihi gravior, est, quam prius unquam, non ta
men spem meam, de Deo conceptam deposui,
potens enim est melioribus bonis ablata ista
recompensare.

Magna Dei misericordia et miraculo Castrum
hoc meum, propinquum Ecclesiae, unde ignis im
prudentia Custodis, in Octava Corporis Christi
sub mediam noctem exarsit, et Oppidum totum
una cum praetorio in Cineres vertit, illesum man
sit, quod si turrim, quae erat proxima, Ecclesiae qua
magna pulveri bombardici vis et copia continetur atti
gisset, actum fuisset de Castro et Monasterio ex
tra Oppidum, ac de praediis circumquaque omnibus
amisi praeter Proventus, quatuor Domos in
Oppido proprias, balneum Oppidi, braxatorium
unum cum horreis et stabulis et frumentis, in
illis plurimis Deo gratia qui dedit et nunc me
rito abstulit, sit nomen Domini mei benedictum
Excepto Oppido Margenburgo nullum erat

hoc.

Hoc meo in tota Prussia habitationes et ditiones Summi nihil preter muros in eo est reliquum plane area esse videtur,

Non me tantum movit damnum quod ego non par accepi quantum miserorum Civium, qui nunc in horreis et predijs et sub tegulibus frumentor brogis citq etiam in ipso ante Oppidum Claustro quo homines correpti et insani servabant non sine commiseratione praetereuntium commovantur,

Hinc facilis est conjectura, quibus hic sum in delicijs ante hoc incendium fueram Gdani, et Cum ad Castrum meum, quod vocat Stavigrod pervenissem, accepi triste hoc Nuncium, Deo Gratias.

Et in his meis calamitatibus describendis Dominatiõ Vrae Rmae, sim molestior finem faciam ab hac tamen addicione temperare mihi nõ possum, quod nihil me pejus habet quam quod eo damno praeventus, non possim his pecuniolis quas Gdani in mutuum accepi, consecrationi meae intendere, ad cujus absolutionem hoc Anno omnino vel apud Dominationem Vram Rmam vel apud Rmum Dominum Vlocensem, qui mihi cum Suffraganeus propinquior est, me pa

raver.

id ipsum non sine magno dolore, ad praesens praestare nequaquam possumus.

Impendendum enim est, praeceptorio et aliis structuris sine quibus Castri hic subsistere et Oppidum, cum Ecclesia rursus restaurari, non potest.

Quapropter Dominationem Vram Rmam Patronum et Dominum meum, benignissimum et colendissimum, maximopere rogo et obtestor, velit me et apud S. Regiam Mtem, et apud Praelatos Nostros, excusare, quod adhuc per breve tempus, ut spero Consecrationem hanc meam cogor differre.

Deum meum invoco testem, quod invitus in hac mora sum. Cum his meis calamitatibus et angustiis me Dominationi Vrae Rmae humiliter Commendo, et rogo curam mei et rationem quemadmodum, cepit habere non desinat.

Christus Dominus Noster, Dominationem Vram Rmam, quam diutissime sospitem prosperet in Omnibus

Ex Castro Lubavien. Die 17 Julii Anno Domini 1333